

_Lettera_N_0749

Al «presule» d'Ungheria, János Nador

*Taurini, pridie Kalendas Junii 31 maggio anno 1864

Humilis servus Sacerdos Bosco Joannes Rev.mo Praesuli Nador Joanni in Domino salutem plurimam.

Ignotus tibi sed tu valde notus mihi ad te recurro bonitatis tuae experimentum facturus. Paucis dicam ut tempus tuum inaniter non teras.

Joannes Fritz dioecesanus tuus aliquibus abhinc mensibus domi apud me receptus fuit. Ipse voluntatem bonam quotidie ostendit. Summopere autem optaret curriculum litterarum percurrere. Praeterea ipse asserit parentes suos, in Haebraismo etiamnunc manentes, magnopere divitiis abundare necnon magno filiali amore in ipsum prosequi. Itaque bonitatem tuam deprecar ut epistolam hic clausam eius patri perlegas et explices; deinde addendo bonitatem responsum mihi remittas.

Nullam compensationem tibi dare possum pro beneficio retributo, sed habeo mecum circiter octingentos adolescentulos, qui una mecum praeces Domino pro te persolvent ut diebus bonis, plenis et multis vivas ad lucrum animarum et ad majorem Dei gloriam.

Utinam personaliter te inspicere possim! Sed si hoc non continget in hac lacrymarum valle, spero fare ut certe eveniat in Aeternis Tabernaculis.

Impertire, quaeso, benedictionem tuam super me et super filios meos in Christo dilectissimos. Amen. Vale.

Sac. Bosco Gio.